

ciusdem cenobii hereditario successimus iure, universis circum circa terminis, quibus pie memorie patruus noster Theodericus marchio ipsam ecclesiam a Martino Misnensi episcopo dotari voluit, firmam atque perpetuam recognoscimus libertatem eamque et privilegii huius conscriptione ac sigilli nostri impressione roboramus ita ut, si aliquis deinceps longe vel prope positus fratres inibi deo servientes aut colonos eorum in aliqua decimarum 5 exactione seu querimonia pulsare ac molestare presumpserit, dei et omnium sanctorum suorum odium habeat nostraque ac successorum nostrorum benivolentia tam diu careat, donec resipiscat et locum ipsum in pace dimittat. Huius autem confirmationis testes sunt: Iohannes parrochianus de Belgere. Euerhardus capellanus marchionis. Balduinus sacerdos. Ludgerus monachus de Cella sancte Marie. Iohannes burgravius de Lubin. 10 Reinhardus de Strele. Guncelinus de Uichtenberch. Otto de Legendorf. Ludgerus de Iezere. Henricus de Sirmuiz. Anno ab incarnatione domini M. ccc̄., indictione v̄, xv. kal. aug. acta sunt hec in villa Uuardenbruke sub Hartungo abbate, monarchiam celi ac terre tenente Ihesu Christo filio dei; feliciter amen.

(S.)

15

62.

Papst Innocenz III. schreibt allen Geistlichen und Weltlichen in Deutschland, daß in Bezug auf den Erzbischof Sifrid von Mainz falsche apostolische Briefe verbreitet worden seien, hält es in der ganzen Welt bekannt, daß der Erzbischof seiner Zeit durch den apostolischen Legaten, den Bischof von Palestrina, nach Bestätigung seiner Wahl ordinirt und geweiht worden sei und dann zum 20 apostolischen Stuhle kommend in Gegenwart des Erzbischofs von Salzburg, des Markgrafen der Ostmark, des Abtes von Salem u. a. von ihm persönlich das Pallium empfangen habe.

Velletri, 1202 Sept. 24.

*Hdschr.: Codex Lat. No. 50. Kgl. Bibliothek Berlin.**Gedr.: Winkelmann, Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig 1,552. Potthast 1731. Böhmer- 25 Ficker 5800.*

— — Sane non solum in Alamannia, sed usque fines orbis terre iam credimus esse vulgatum, qualiter olim idem S[ifridus] Maguntinus archiepiscopus per venerabilem fratrem nostrum Prenestinum episcopum, apostolice sedis legatum, ipsius electione prius confirmata, ordinatus fuerit et postea consecratus, qualiter etiam ad presentiam nostram consequenter 30 accedens, presentibus apud sedem apostolicam venerabili fratre nostro Salzeburgensi archiepiscopo et dilectis filiis marchione Orientali et abbate de Salem cum familiis suis aliisque nonnullis de regno Theuthonico, pallium pontificale videlicet plenitudinem dignitatis a nobis multa gravitate adhibita meruit optinere. — —

Datum Velletri viii. kal. octobris, pontificatus nostri anno quinto.

35